



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Ignominia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



Viro forti ignominia tristior est morte, quae cum gloria & spe publica salutis sine longo cruciatu aditur. *Thucyd. lib. 2.*  
 Turpitudinem quidem fugendam esse ac cauendam verum est: omnem vero ignominiam vereri, modesti quidem id & simplicis, pusilli tamen animi est. *Plutarch. in Camp. Timoleonis & Pauli Aemil.*  
*Vide Nobilitas.*

### Ignorantia.

#### DEFINITIO ET ETYMOL.

**I**gnorantia, Graece ἀγνοία, a γνῶσις ignoro dicitur, ignorantia quandoque significat scientiae priuationem, & tunc ignorantia est carentia scientiae, quam quis natus est habere: quandoque est aliquid scientiae contrarium, quae dicitur ignorantia peruersae dispositionis, puta cum quis habet habitum falsorum principiorum, & falsarum opinionum, ex quibus impeditur à scientia veritatis, secundum B. Thom. in *quæst. de malo, q. art. 3.* Quomodo autem differant ignorantia, nescientia, & error, vide supra in *Errate.*

Ignorantia à gnoro venit ( vt quidam volunt ) quod veteres proficio usurparunt, vel à Graeco γνῶσις, quod est notifico, unde & γνῶσις, notus, & γνῶσις, notitia dicitur.  
 Hebr. Scheghabab, à Schaghabab, incogitanter egit, inconsiderate fecit. Et Schigaton, à verbo Schaghab, erravit, ignorantia peccauit. Affine huic est nomen Schigaton, Deut. 28. 31. infania, demencia, vecordia. Nam qui ignorantia nimium delectantur, tandem fiunt vecordes & infani.

#### SENTENTIAE BIBLICAE.

Vsquequo imprudentes odibunt scientiam? *Proverb. 8.*  
 Vbi non est scientia animæ, non est bonum. *19.*  
 Stultus in via ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat. *Ecl. 10.*  
 Rex insipiens, perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium *Ecl. 10.*  
 Neminem diligit Deus, nisi cum, qui cum sapientia inhabitat. *Sap. 7.*  
 Non erudietur qui non est sapiens in bono. *Ecl. 21.*  
 Cor fatui quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. *ibid.*  
 Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. *Ieremias 8.*  
 Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum agnouit quomodo oportet eum scire. *1. Cor. 8.*

#### POETICAE SENTENTIAE.

*Ignorantia turpiter admittitur.*  
 Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Sap. 13.*  
 Ignorantiam enim Dei quidam habent. *1. Cor. 15.*  
 Hoc igitur dico & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulantes. *Eph. 4.*  
*Gravior punitur.*  
 Leones interficiunt eos, qui ignorant ritum Dei terræ. *4. Reg. 17.*  
 Quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. *Iob. 4.*  
 Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. *Proverb. 8.*  
 Qui euitat dicere, incidet in mala. *17.*  
 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Esai. 5.*  
 Non enim est populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parcat ei. *27.*  
 Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. *Baruch 3.*  
 Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. *Osai. 4.*  
 Et populus non intelligens vapulabit. *ibid.*  
 Si quis ignorat, ignorabitur. *1. Cor. 14.*

#### PATRYM SENTENTIAE.

Melius est nescire, quam errare: melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. *August.*  
 Pessimæ matris ignorantiae, pessimæ itidem dux filiae sunt, scilicet falsitas & dubitas, illa miserior, ista miserabilior: illa perniciosior, ista molestior. *ibid.*  
 Ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamque meritorum. Staturis facere contraria, non est intelligere, sed ignorare. *Amb. in Ps. 118.*  
 Tollerabilis est Deo quempiam cum ignorantia in humilitate iacere, quam cum elatione alta sapere. *Greg. in mo. l. 17. mor.*  
 Quum ignorantiam nostram cognoscimus, leuius aliena onera toleramus: nunquam Deus mentem deserit, qui in peccatis se veraciter cognoscit. *Lib. 1. mor.*

Non est parum scire: quod nescias, frustra sibi de ignorantia blandiuntur, qui, vt liberiis peccatis, vel infirmantur. *Bern. sup. 11. gra. hum.*  
 Multa scienda nesciuntur, aut scienda incuria, aut inuidia, aut iniquiendi verecundia: & quidem humilitas non habet excusationem. *in epist.*

Vtraque cognitio, Dei scilicet & tui, tibi est necessaria, quia sicut ex notitia tui venit in te timor, de ignorantia tui ignorantia, venit desperatio. *Super Cant.*

Ignorantia Dei plerumque desperationem parat, Ignorantia sui initium omnis peccati: ignorantia matio omnis peccati. *ibid.*

Hebetudo mentis est acutæ rationis obtusio, ignorantia crassus sensibus inducta *Hugo.*  
 Non tibi deputabitur ad culpam, quod inuita ignorantia de Natura & gratia.

Non omnis ignorantis immunis est à pena. Ille enim potest excusari à pena, qui, quod dicitur, non inuenit hoc ignofici non poterit, qui, à quo dicitur, habere non dederunt. *Idem li. 9. hab. 37. can. Sit.*

Quamuis errare, quanta possumus cura cauendum est, in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, ignorantia possit errari: non est tamen contumacia, erret quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire: pro vero quippe approbat fallum, quod error est. Veruntamen in qua re quisquis erret, inter se differunt, vna eadem quæ & nescienti sciens, & erranti non emendatione præponitur. In aduersis autem rebus, id est, in illis, & ille alia, & iste vtilior, & ille minus vtilis, vel erranti non in eis quæ ille scit, et præferat nescientem? Non enim quæ nescire melius est quam scire. *Idem li. 9. hab. 37. can. Sit.*

Quemadmodum non recte dici potest, si nescienter: sunt enim peccata ignorantium, quam ignorantium. *Idem de adulterio coniugii, li. 2. q. 1. ad 1. dum.*

Peccata scientium, peccata ignorantium præparantur. *li. 6. q. 1. Quæ ergo.*  
 Ignofici potest simpliciter erranti, sicut de seipso. Qui primo fuit blasphemus & persecutor, & inuidiosus, & invidiosus, quia ignorans feci. Post inspirationem uelationem veritatis factam, qui in eo errauerat, peccatens & sciens: iam non in uenia ignorantie peccat, peccat enim atque obstinatione quadam nititur, cum raturatur. *li. 6. q. 1. Conuersus s. Ignofici.*

*Præterita ueniam dabit ignorantia.*  
 Ouid. Epist. 19.  
 Boet. 2.  
 Eheu, quam miseros transiit deus adducit ignorantia?  
 Non aurum in uiridi quæritur arboris, Nec sine gemmis carpius.  
 Non alius laqueos mentibus adhibet, Vt pisce arietis dapes.  
 Nec uobis capreas si libet sequi, Tyrrenâ captiui uada.  
 Ipsos quin etiam fluctibus abditæ Norunt recessus aquarum,  
 Quæ gemmis niuis uindas feraciter, Vel querubentis puppæ,  
 Dic non quæ tenero pisce, uel asseri Præsentem echini liuora.  
 Sed quoniam lateat, quod capium bonorum, Nescire ceci sustinent:  
 Et quod stelliferum trantabit pilum, Tellure demersis perunt.  
 Hor. 1. Scrm. 6.  
 Sed, quod magis ad nos Pertinet, & nescire malum est, agnoscere uerum. Diuisis homines, an sine ueritate beati: Quis due ad amicitias, Suis, & ceteris, ut abest. Et quæ sit natura boni, summamque quædam.

*SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.*  
 Tolerabilior est pena, viuere non posse, quam scire non posse. *Sen. Oct.*  
 Ineris est nescire quid liceat sibi. *Sen. Oedip.*  
 Ineris malorum remedium ignorantia est.

Non est leuius omnino nescire, quod licet, quam quid, quod scias non licere. *ibid.*  
 Opimus ac grauissimus quisque, constituit se in multa sibi etiam atque etiam esse diuersa. *Cicero. Top.*

PC

P